



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 8. Institutio facta per errorem, vel per metum, vel non canonice non  
tenet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

238 Pars II.Lib.XII.Cap.VII.

tron. in verbo, competens ali  
cui. quæst. 34. Lambert. vbi  
supra. artic. 11. Et talis in-  
4 stitutio † dicitur fieri per so-  
lam admissionem præsenta-  
tionis sine aliqua conditio-  
ne, etiamsi non dicat admit-  
tens præsentationē. instituo,  
sed dicat simpliciter, admitto.  
Dominic. de sancto Gemi-  
niano post alios in cap. 1. de  
præbend. libro 6. Lambertin.  
vbi supra. artic. 12. Et ideo  
5 ad† excludendam institutio-  
nem regulariter in praxi ad-  
mittitur præsentatio non sim-  
pliciter, sed cum additione,

si & in quantum. Exequitor  
6 autem † litterarum Aposto-  
licarum potest procedere  
etiam extra suam Dioecesim.  
vide Dominic. de sancto Ge-  
miniano late de hac re diffe-  
rentem. in cap. statutum.  
§. in nullo quoque. num. 6.  
de rescript. libro 6. Oldrad.  
consil. 295. & Reuerendissi-  
mum Dominum Marcum  
Antonium Genuensem in  
sua praxi Curiæ Archiepi-  
scopaloris Neapolitanæ capi-  
tulo 69. de causis deleg. plu-  
ra frequentia in praxi. n. 3. &  
ibi in adnotationibus. n. 12.

C A P V T   O C T A V V M .

Institutio facta per errorem, vel per metum, vel  
non canonice, non tenet.

S V M M A R I V M .

- 1 *Institutio facta per errorem, vel non canonice, non tenet.*
- 2 *Error est, aliud pro alio putare.*
- 3 *Institutio metu facta non tenet.*

4 *Institutio facta impetu, ira, vel ebrietate, vel simoniace, non tenet.*

**I**nstitutio facta † per er-  
rorem, vel non canonice,  
non tenet. Firmā. in tracta-  
tu de Episcopo in tertia par-  
te secundæ partis principalis  
tertij

tertij libri. argumento text. in l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. dicit id esse verum , in confirmatione : idemq; dicit procedere in institutione. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. parte 3. quæst. 2. articulo 13. Error autem est, aliud pro alio putare. cap. quamuis. distinct. 38. & si instituens , errando vnum pro alio institueret, vel quia putabat præsentantes esse patronos , quos reperit non esse , vel præsentatum fuisse idoneum , quem non idoneum reperit : si autem institutio sit facta ab aliquo habito per errorem tanquam tali , si error sit communis , quia communiter talis ab omnibus tenetur , valet institu-

tio. Firman. vbi supra. quæstio. 18. Innocen. in cap. nihil. & ibi Abb. de electio. Felin. in cap. Rodulphus. in fine. de rescript. Et sicuti supra dictum est , non † valeare præsentationem metu factam , ita & institutio metu facta non tenet. Firman. vbi supra. quæst. 19. & casu quo institutio non teneat, non per hoc vitiatur præsentatio. facit text. in cap. vlt. de elect. libro 6. eadem ratione non tenet † institutio facta impetuose , vel calore iracundiae , vel per ebrietatem , vel per simoniam : & de cleroce peregrino dicendum est , quod potest institui eo casu , quo diximus supra posse præsentari. vide Lāb. vbi sup. ar. 17.

### C A P V T N O N V M .

Institutio potest iterari .

#### S V M M A R I V M .

- 1 Institutio potest iterari .
- 2 Patronus si vult conseruare suum ius , potest repræsentare , & tunc iteratur institutio .

3 Institutio secunda tenet , si prima fuit facta ab eo , de cuius auctoritate dubitatur .

I NSTITUTIO † autem ab eadem persona iterari potest quan-